

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 55. Ladislaus palam Joannis XXIII. obedientiam professus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

§. LV.

Sæcul. XV.
A.C. 1412.

Ladislaus palam Joannis XXIII.
obedientiam professus.

Attenta hac pace Ladislaus datis ad *Raynald.*
Joannem Papam literis declarat, se *ibid. n.2.*
quidem de ejus electione, an canonica
foret, olim dubitasse, re autem in Ge-
nerali Prælatorum atque Doctorum con-
ventu maturius pensata hanc legitimam
comperisse: quapropter se aliorum quo-
que Regum, Principum atque orthodo-
xarum Rerumpublicarum, quæ in ejus
obedientia militarent, vestigia premere,
firmiter statuisse. Itaque Beatitudini
vestræ, inquit, tenore præsentium nuntia-
mus, quod nunc firme credimus & indu-
bitanter profitemur, præfatam assumptio-
nenem vestram ad regimen Romanæ &
universalis Ecclesiæ inspiratione divina fuis-
se canonice celebratam, & ut hæc & alia
in cunctorum notitiam deducantur, pro per-
sona nostra, & pro omnibus aliis nostris
subditis reverendissimo Domino Raynaldo
S. Viti Diacono Cardinali (hic erat Car-
inalis Brancatius tunc Joannis XXIII.
Legatus) commissario Sanctitatis vestræ
reverentiam & obedientiam dedimus, vosque
Joannem XXIII. in verum & unicum Ro-
manum Pontificem cognovimus, & cogno-
scimus.

X 3

scimus.

Sæcul. XV. scimus. Datum Neapolis anno MCCCCXII.
A.C. 1412. die XVI. Octobris.

§. LVI.

Gregorius Papa Ariminum profugus.

Ignorabat ab initio Gregorius paetas con-
cordiae leges, imo Ladislaus, cum hæc
consilia animo agitaret, ad artes suas tu-
tius occultandas Pontificem iisdem o-
mnino, ut antea, honoribus excipit, quia
etiam, cum Gregorius tractu tempore
totam negotii summam edoctus, Regem
fractæ fidei arguisset, ipse pacem cum e-
jus æmulo a se initam constanter infici-
tur. Nihilominus postridie ejus diei
per nuntium Gregorio præcipit, quia
suis se reciperet, atque a Regno Siciliæ
discederet, præsinito hunc in finem
termino nimium arcto, Gregorius tunc
primum discrimen sibi proxime imminens
animadvertisit, proin perspecta Ladislai
perfidia duas naves Venetas conductit,
quas Cives Cajetani coemptis protinus
earum mercibus exonerabant, ut Papa
tribus duntaxat Cardinalibus suisque do-
mesticis stipatus illas descendere, &
in altum mare provehi posset, qui & post
aliquot dierum decursum secundo vento
ad Marchiam Anconitanam appulsius est,
ubi sub clientela Caroli de Malatestis,
qui Gregorium nec in adversis unquam
dere-